



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm || Ianvarii Et Febrvarii

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10258**

De S. Fурсо.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77365)

credo, interdùm alludente, & prouocante cupiditatē tuam Domino, tanquam exci- Quām fues  
tata in fidem tuam persecutione peragebas. Et verè puto neminem diffiteri, tibi ad rit marty-  
martyrium tempus, non animum, defuisse. Quotidiana siquidem in sincerissimis tra- rij cupidus,  
ctatibus confessione patris & filij & spiritū sancti testis fuisti: nec facile tam exerte,  
tam lucide quisquam de diuininitate differuit, cùm eam in personis distingue-  
res, & gloriae eternitate ac maiestate sociares. Memento itaque amice Dei, memen-  
to iugiter nostrī: Deo incoinqnatus assistis, canens illud canticum nouum, & sequens Apo. 14.  
agnum quocunq; vedit. Tu illi pedissequus, tu pro nobis patronus, orationum no-  
strarum interpres acceptabilis, & fortis assertor. Profusas ad sepulcrum tuum alumni  
gregis preces perfer: Impetra, vt conspiratione communi Sacerdos & populus, quæ  
assisti, qua docuisti, aliquatenus obtinere mereatur: Per Dominum nostrum Iesum  
Christum, qui te in gloriam suam assumpit, atq; cum patre suo sanctoque spiritu, vi-  
vit & regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

### VITA S. FVRSEI, CVIVS PRAECLARE ET PROLIXE MEMINIT BEDA VENERABILIS LIB. 3.

*Cap. 19. Historia Ecclesiastica gentis Anglorum: vbi etiam  
multa ad verbū ex hac recitat vita. Extat  
in egregijs M. S. co-  
dicibus.*

**V**I T vir vitæ venerabilis, Furseus nomine: nobilis qui-  
dem genere, sed nobilior fide: seculi dignitate inter suos 16. JANVAR.  
clarus, & in diuinorum gratia munericū præcipius. Hui-  
us viri infantia, claris quibusdam miraculorum præfigijs  
apparentibus, pollebat. Summis etiam sacerdotibus per  
diuinam prouidentiam commissus, sacris literis & mona-  
sticis eruditus erat. Creïcente verò ætate, gra- S. Fursei  
tia prouidentia erga illum bonorum affectuum quotidiè tutes & dos  
crescebat. Erat forma præcipius, corpore castus, mente tes.  
deuotus, affabilis colloquio, amabilis adspectu, pruden-  
tia prædictus, temperantia clarus, in interna fortitudine  
firmus, censura iustitiae stabilis, longanimitate assiduus, patientia robustus, humilita-  
temansuetus, charitate sollicitus, & ita cum decor sapientiae adornabat, vt secundūm  
Apostolum, sermo illius semper in gratia sale esset conditus. Bonorum ergo operum Coloff. 4.  
gratia plenus, patriam parentesque relinquens, sacræ scriptutæ studijs aliquot vacabat  
annis: instructusque, monasterium in quodam construxit loco, vbi vndique religiosis Condit mo-  
confluentibus ad eum viris, aliquos etiam parentum suorum pia solicitudine euocare  
curauit.

Hac ex causa dum patriam parentesque visitare properaret, vt inter illos sacri verbi  
semina spiritualibus seminarer eloqujs, quadā die corporis egrotantis molestia corri-  
pitur, ac deindè ad paternam, amicis suffigentibus, commigravit domum. Ille verò ma-  
lē habens, superq; alterius manū innitens, quò volebat, perrexit: & haud longè à do-  
mo vespertinalē exorsus psalmodiam, & orationi intentus, tenebris subito circunda-  
tus fuit. Nec enim pedes mouere infirmatus valebat, sed quasi iam mortuus, ad proximam deportatus est casam. Et cùm se tenebrarum caligine circundari vidisset, qua-  
tuor manus desuper ad se extensas conspexit, quæ tenentes illum per brachia, niueis  
subulabant pennis. Manus quippe sub pennis erant, quæ illum ex vtraq; parte sustine-  
bant, & quasi per caliginem angelica cernebat corpora. Altius verò perueniens, mirifi- Visio mi-  
co splendentes fulgore, facies sanctorum cernebat angelorum: vel, vt certius dicam, rabilis.  
claritatem eximia lucis ex ipsis angelicis intuebatur conspectibus, nec aliquid cor-  
porum, nisi luminis claritatem potuit videre. Tertium quoq; angelum, armatum scu-  
to candido, & fulgureo gladio, claritate præcipuum se precedere conspexit. Hi tres ce-  
licolæ, splendentes pari fulgore, miræ suauitatis dulcedinem alarum sonitu, carminum  
modulamine, conspectus pulchritudine, illius animæ inferebant. Canebant autem in-  
cipien-

**Psal. 83.** cipiente: Ibunt sancti de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Eratq; in carmine eleuatio, & ad finem positio. Audiebat quoque aliud quasi ignotum cantum multorum millium angelorum, vnde pauca vix poterat intelligere: hoc est, Exierunt autem obuiam Christo. Facies vero omnium, inquantum intelligere potuit, erat lucida, angelorumque parem similitudinem videbat: quanvis propter claritatem luminis, perspicue distinctionem corpoream non posset videre formam.

**Anima eius corpori restituitur.**

**Psal. 83.**

Tunc vnu ex supernis agminibus armatum precedentem angelum iussit ad corpus venerandum reducere virum, suamq; secum deferre debere solicitudinem. Protinus ergo sancti obedientes angeli, quo veneant, iter repedarunt. Tunc primus vir sanctus se corpore exutum cognoscens, a sanctis comitibus, quo se deferant, inquirit: sanctusq; angelus a dextris consitens, dixit eum oportere proprium corpus suscipere, quo ad usq; debitam reportaret solicitudinem. Tuncq; vir sanctus tamen affectus separandi a societate angelica, dixit se ab eis separari noluisse. Angelus vero Domini sanctus respondit: Ad te, completa predicta solicitudine, suscipendum reuertemur, cantabantq; diuidium versiculum. Videbitur Deus deorum in Sion. Tunc autem qualiter anima corpus intrauerit, huius carminis suavitate laetificata, intelligere non potuit. Tuncque in pullorum cantu, rosci coloris vultu perfusus, in momento temporis, angelicis cestib; carminibus, audiuit verba admirantium plangentiumq; qui vestimenta superposita remouentes, denudauerunt faciem eius. Tunc vir Domini circumstantibus dixit: Quid, stupentes, sonos inquietos emititis? At illi respondentes, omnem rei referabant ei ordinem, qualiter vespertinali hora transiit, & quomodo usque ad galorum cantus corpus exanime in medio seruassent. At ille sedens, angelicamque claritatem ac dulcedinem mente reuolvens, de quali solicitudine admonitus fuisset, pertrahans, moestus iam erat, quod non habebat ibidem sapientem hominem, cui ea, que viserat, clare exponere potuisset, ne reuertentibus angelis, eum inuenirent imparatum: petijtque & accepit sacri corporis & sanguinis communionem, vixitque infirmus ipso dic & altero.

**Rursus misericordia offeratur visio.** Media vero nocte tertia feria, parentibus & cognatis, multisque vicinis illustrem virum visitantibus, tenebris irruentibus, pedes eius frigore ingrauati duruerunt, manusq; in oratione extensis, latus exceptit mortem. Recordabatur enim iucundissima visionis, quam per eadem signa viderat ante: decidensque in lectum, quasi somno graduatus, audiuit horribiles magna multitudinis voces, clamantium arque illum exire compellentium: apertisq; oculis, nullum nisi tres supradictos sanctos vidit angelos, duos utroque latere positos, tertium vero armatum ad suum stetisse caput. Mirumque in modum humanis conspectibus ac vocibus priuatus, sanctos angelos vidit, ac illorum cantica cum omni suavitatis dulcedine audiebat. Tunc angelus Domini, qui a dextris eius erat, consolans eum, dixit: Noli timere, defensionem habens. Leuantibusque eum angelis, nihil testi aut domus adspiciens, vultusque & clamores demoniorum transiens, audiuit unum ex illis dicentem: Antecedamus, ante faciemque illius bella commouecamus.

**Demones cum angelis lo pugnat.** Tunc vidit nigram nubem, a sinistra parte crispantem, ante faciem illius bellicam aciem constituentem. Corpora demonum, inquantum animae illius apparere poterant, plena deformitate & nigredine erant, collo exteto, macie squalentia, ac omni horrore plena, capite in similitudinem cacabi intumescente. Quando vero volabant, vel quando pugnabant, nullam corporis formam, nisi horribilem & volaticam umbram videre poterat. Sed quis prudentium lectorum ignorat, haec etiam de immundis spiritibus ad terrorem videntis animae fieri? Et facies eorum nunquam potuit videre proper horrorem tenebrarum, sicut nec sanctorum angelorum propter nimiam claritatem. Bellicantia vero demona ignitas sagittas iactabant contra illos, sed angelico scuto omnia tela nequissimi extinguebantur. Cadebant vero aduersarij ante conspectum pugnantis angelij, qui quasi rationem posuit cum eis, dicens: Nolite tardare iter nostrum, quia hic homo non est particeps perditionis vestrae: contradicente aduersario ac blasphemante, iniustum esse Deo, hominem peccatoribus consentientem, nihil damnationis habere, cum scriptum sit: Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt factibus, digni sunt morte. Pugnante vero angelo, existimabat vir sanctus, clamorem monum ac pugnae & vociferantium demoniorum in omni terra audiri.

Cumq;

**Rom. 1.**

**Nota im-**

**probas da-**

**monum ac-**

**pugnae & vociferantium demoniorum in omni terra audiri.**

Cumq; vi<sup>t</sup>us satanas, sicut contritus coluber, caput reteuâsse venenosum, dixit: Ocioſos ſermones ſep̄e protulit, non debere eum illasum vita perfui beata. Sanctus angelus dixit: Nisi principalia protuleritis criminā, propter minima non peribit. Ac-  
cufator antiquus dixit: Nisi remiferitis hominibus peccata eorum, nec pater vester ca-  
leſtis dimittet vobis peccata vestra. Sanctus angelus respondens, ait: Vbi fe vindicauit,  
vel cui iniuriam fecit? Diabolus dixit: Non eſt ſcriptum, Si vindicetis: ſed, Si non remi-  
ſeritis de cordibus vestrī. Sanctus angelus excufans, dixit: Indulgentiam in corde ha-  
bituit, ſed conſuetudine humana continuuit. Diabolus respondit: Sicut accepit malum  
ex conſuetudine, ita accipiet vindictam a ſuperno iudice. Sanctus angelus dixit: Iudi-  
cemur ante Deum. Ter vi<sup>t</sup>us inimicus, vīperea restaurat venena, dicens: Si iustus eſt  
Deus, hic homo non intrabit in regnum calorū. Scriptum eſt enim: Nisi conuerſi  
fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum calorū. Hoc verbum  
minimē impleuit. Sanctus angelus dixit: Iudicemur ante Dominum. Pralianante sancto  
angelo, contriti ſunt aduersarij.

Tunc sanctus angelus, qui à dextris eius erat, dixit: Reſpice mundum. Tunc vir san-  
ctus reſpexit, & vidit vallem tenebroſam ſub ſe in imo poſitam, & vidit quatuor ignes  
ibidem in aëre, aliquibus ſpatijs à ſe diſtantēs. Dixitque rursum sanctus angelus: Qui  
ſunt hi ignes? Vir Domini ſe neſcire reſpondit. Cui angelus sanctus dixit: Hi ſunt qua-  
tuor ignes, qui mundum ſuccēdunt, poſtquām in baptiſmo homini omnia peccata di-  
mittuntur, per confeſſionem & abrenunciationem diabolo, & operibus eius & pompiſ. flamman-  
tes. Venus eſt mendacij, cūm hoc, quod in baptiſmo abrenunciare ſatanā & omnibus ope-  
ribus eius promiferunt, minimē implent. Alter cupiditatis, cūm mundi diuitias amori  
caleſtium præponunt. Terter diffenſionis, cūm animos proximorum etiam in ſuper-  
vacuis rebus offendere non formidant. Quartus impietatis, cūm infirmiores ſpoliare  
& eis fraudem facere pro nihilo ducunt. Ignis vero crescents in maius, effeſtus eſt vnuſ,  
& illi appropinquabat: timensque ignem minacem, ſancto angelo ſecum loquenti ait:  
Ignis mihi appropinquit. Cui reſpondit angelus: Quod non accendisti, non ardebit  
inte. Licet enim terribilis sit & grandis iſte ignis, tamen ſecundūm merita operum ſin-  
gulos examinat: quia vniuſcuiusq; cupiditas in iſto igne ardebit. Sicut enim corpus  
ardet per illicitam voluptatem, ita & anima ardebit per debitam poenam. Tunc vidit  
ſanctum angulum præcedentem ignem, flammamque diuidere in duos muros utroque  
latere: & duo ſancti angeli erant utrōque latere, ab igne qui deſendebant eum.

Vidit quoquè quatuor dæmonia immunda, per ignem volantia, bellum horribile in  
medio ignis conſtruuentia. Et dixit vnuſ ex illis: Seruus, qui ſcī voluntatem domini  
ſui, & non facit digna, plagi vapulabit multis. Sanctus angelus reſpondit: Quid enim  
iſte de voluntate Domini ſui non adimpleuit? Satanas reſpondit: Dona iniquorum re-  
cepit. Sanctus angelus reſpondit: Credidit enim quod vnuſquisque eorum egiffet poe-  
nitentiam. Diabolus dixit: Ante debuit probare poenitentia perſuerantiam, & ſic fru-  
tus luſcipere. Munera enim exēcāt oculos ſapientium, & peruerunt verba iusto-  
rum. Sanctus angelus reſpondit: Iudicemur ante Dominum. Fallax diabolus ſuccum-  
bens, in blaſphemias contra authorem erupit, dicens: Vsq; nunc aſtimauimus Deum  
eſſe veracem. Sanctus angelus reſpondit: Quid enim aliud eſt? Procacifimus dæmon  
dixit: Quia omne delictum, quod non purgatur ſuper terram, in caelo eſſe vindicandum  
promiſit, per Eſaiam prophetam clamans: Quod ſi nolueritis, & me ad iracundiam pro-  
vocaueritis, gladius deuorabit vos. Hic homo non purgauit delicta ſua in terra, nec  
vindictam hīc recipit: vbi eſt ergo iuſtitia Dei? Sanctus angelus increpans in eos, dixit:  
Nolite blaſphemare, dum neſcitis occulta Dei iudicia. Diabolus reſpondit: Quid enim  
hīc occultum? Sanctus angelus dixit: Quandiu speratur poenitentia, comitatur ho-  
minem diuina misericordia. Satanas reſpondit: Sed nullus tamen hīc eſt locus poen-  
itentie. Angelus reſpondit: Profunditatem mysteriorum Dei ignoratis: fortasse etc-  
enim eſit. Diabolus dixit: Discedamus ergo, dum iudicandi ratio non eſt.

Alius vero ſatellitum eius dixit: Adhuc reſtat illi angusta porta, per quam niſi pauci  
non intrant: ibi illum ſuperare poterimus: Diliges proximū tuum ſicut teipſum. Sanctus  
angelus reſpondit: Vir iſte in proximos ſuos operatus eſt bona. Aduersarius reſpondit:  
Non ſufficit operari bona, niſi etiā ſicut ſem etiā proximū dilexerit. Sanctus an-  
gelus reſpondit: Fructus dilectionis, eſt bona operari: quia Deus reddet vnicuiq; ſecundūm Rom. 2.

opera

opera sua. Improbus dæmon dixit: Sed quia verbū Dei diligendo non impletuit, dānādus est. Pugnātē turba nefanda, sancti angeli viatores fuere. Viētus sex viciō diabolus, more suo in blasphemiam erupit, dicens: Si Deus iniquus non est, & si mendacium, & verborum illius transgressio ei displaceat, vir iste pœnarum expers non erit. Promisit enim seculo abrenunciare, & econtrariō seculum dilexit, contra Apostoli præceptum,

**Iohan. 2.** dicentis: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Virum ergo hunc nec proprie spōsionis sermo, nec Apostoli prohibuit sententia. Sanctus angelus respon-

dit: Non sibi soli ea, quæ sunt seculi, sed omnibus indigentibus dispensanda dilexit. Nefandissimus diabolus dixit: Qualicunq; modo diligatur, contra præceptum diuinum est, & contra spōsionem Christianitatis in baptismo. Viētis aduersarijs, angelis vin-

**Ezec. 3.** centibus, rursus diabolus ad cajidas cōvertitur accusations, dicens: Scriptum est, Ni-

**Amos 5.** si annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius requiram de manu tua. Hic non annunciauit dignè peccantibus poenitentiam. Sanctus angelus respondit: De hoc enim tempore scriptum est: Prudens in tempore illo tacebit, quia tempus pessimum est. Quando enim auditores despiciunt verbum, lingua etiam doctoris loqui præpedi-  
tur, dum videt quid audita predicatione despicitur. Accusator antiquus respondit: Ille tamen vsq; ad passionem annuciare debet, nec consentire, nec tacere.

In omni verò contradictione dæmonum præualida nimis extitit pugna, doncē iudice Domino triumphantibus eius angelis, contritis deuictisque aduersarijs, immensa clari-

tate vir sanctus circumfusus est, sanctorumque angelorum chorus concinnetibus: Nullus labor durus videri debet, nullum longum tempus, quo gloria æternitatis acqui-

ritur, quæ letitia simul & dulcedine completur. Tunc sursū adspiciens, vidi immen-  
sa agmina, eximia claritate fulgentia, angelorum præcedentium, sanctorumq; homi-

num aduolantia, quasi alis immensa coruscationis circundantia eum, omnemq; for-  
midinem ignis ac deformium spirituum terrores procūl abijcentia. Conspicit verò

duos venerabiles viros illius prouincię, in qua ipse vir Domini Furſeus notus erat: quos  
videns obiisse credebat. Hos præsules cunctorum memoria vsq; ad nostra tempora ce-  
lebrat: propiusq; ad se accedentes vidit, ac familiariter propria dicentes nomina: qui  
vocabantur Boëanus & Meldanus: & loqui eum eo cooperunt. Tunc adspiciebat ma-  
gnam cæli serenitatem, & duos angelos proximam cæli iucunditatē repentes, quasi  
per ostium intrantes æthereum, ac repente circa illos magnitudinem claritatis, & quasi  
per quatuor choros cantantium multitudines angelorum ac dicentium: Sanctus, san-  
ctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Tunc anima illius dulcedinem superna modula-

tionis ac sonitum ineffabilis lætitiae, intra cælum sonantis intendente, circunfundie-

runt eam agmina angelorum, stantia à dextris eius, de quibus unus ait: Scis, vbi agitur  
hæc lætitia & gaudium? Illo respondentē se nescire, sanctus angelus respondit: Apud

supernum conuentum, vnde & nos sumus. Tunc mens omnem labore tribulationis  
obliuiscens, immensa complebatur lætitia: quia superna audiens carmina clariū &  
modulatiū resonare, pro se sola decantari computabat, admiransq; ait: Magnum est

gaudium, hæc auscultare carmina. Cuidixit angelus Domini: Hoc auditu nos pro  
ministerio dispensationis humanae sápē priuamur, & quod nos annunciendo labora-

mus, dæmonia humana corrumpendo corda dissipant.

Rursumque angelus Domini beato viro, ad carmina cælestia audienda intento, lo-  
quitur: In hoc cælesti regno nulla vñquam tristitia, nisi de hominum pœnitio fieri  
potest. Tunc prædictos sacerdotes, cum ingenti claritate à secreto cæli procedere, ange-  
lica forma radiantes, & ad se venire conficiunt, ac sibi ad seculum redire præcipiunt. At  
ille tacēs, & huius nuncij tristitia stupefactus, in momento reuersus est, sanctis angelis  
eum reportantibus: præfati verò viri venerabiles spatium poscunt cum eo loquendi, &  
dicunt: Quid times? Vnius dici iter est, quo laboraturis es. Prædicans ergo, omnibus  
annuncia, quia in proximo est vindicta. Beato autem Furſeo interrogante de mundi  
fine, aiunt finem creaturæ etiam tunc non esse, quanvis in proximo sit: sed famis &  
mortalitatis plagis humanum genus esse vexandum: quod etiam signo Solis, cùm ra-  
diōs suos præterito anno abscondisset, in modum lunę iugiter splendente significatum  
est. Duo verò genera sunt famis: vnum in abundantia sapientiæ intelligendi verbum  
Domini, & non implendi: aliud verò, tenacia mentis in abundantia diuinarum: sed de  
vna radice amaritudinis generantur. Sicut enim auarus non impletur pecunia, quia  
aua-

Famis duo  
genera.

avaritiae amaritudo non sentit dulcedinem de perceptis bonis, inhiando ad ea, quæ illicitæ sunt: sic etiam sermonis Domini dulcedinem, malitiæ amaritudine occupatae & detentæ non sentiunt animæ. Mortalitas verò propter Dei patientiam, modicūm quidem detenta est: sed quicunque hæc signa videt, vel monita sanctæ scripturæ despicit, si non egerit poenitentiam, mors illius proxima est.

Et quāvis omnibus diuina monita contemnentibus superni iudicis ira iamjam immineat, maximè tamen super doctores ecclesie ac principes furor illius iratus est: quia pereunt animæ fidelium per huius mundi illeccbrofa vita, per suggestionem militantis diaboli, per negligentiam Doctorum, per mala exempla prauorum principum. Doctores nanque prophetarum libros considerantes, intelligent, & quale sit hoc tempus, cognoscant. Viri nanq; dimidij operis sunt: quia per omnipotentis Dei misericordiam alij largitatis gratiam sunt adepti, sed carnis incontinentia sunt lubrici: Alij vero corpore quidem sunt casti, sed avaritiae æstibus sunt cupidi. Alij quoquè habent gratiam lenitatis, sed rancore animi sunt pusillanimes. Alij autem non recordando iniurias suas, citò ignoscunt: sed minus cor cautè custodiendo, citiusq; irascendo, rixas provocant. Alij quod Deus singulis largiendo donauit, in hoc illi, quasi proprio labore acquirentes, gloriantur. Alij vero dum qui impugnabant, eos deuicerunt, corde vigilii & bonorum operum econtra instantia eos vincere omittunt. Sunt quoq; nonnulli, qui spiritualibus vitijs impugnantur: sed his omissis, corpus in abstinentia affigunt, Verbigraria: Nonturnas illusiones pati, magnum crimen existimant: superbiam vero quæ angelos de supernis deiecit, pro nihilo computant: avaritiam, quæ primum hominem de paradiſi expulit a mœnitate, non execrantur: nec inuidiam, per quam parricida Cain fratrem suū Abel interfecit: Falsum quoquè testimonium, per quod Saluator damnatus est, aut blasphemiam non execrantur: non considerant, quales vel quanta vindictæ super eos, qui talia egerint, venturæ sunt. Multi enim cibis, quos Deus ad percipiendum cum gratiarum actione creauit, abstinentes, hec nefanda quasi licita sumunt: hoc est, superbiam, avaritiam, inuidiam, falsum testimonium, blasphemiam: per quæ detrahenendo, quasi carnes proximi cum sanguine illius comedunt: & quæ leuiora sunt in Dei iudicio, grauiora iudicant: grauia vero, leuiora putant. Omnis ergò doctor singulis vitijs congrua debet opponere medicamenta. Nam qui hec vitia leuiora esse aut gula aut fornicatione existimat, animarum inimicus potius, quam doctor, iudicandus est.

Curatio ergò superbie, est increpatiō coram omnibus, humiliatioq; crebra in luto & cinere. Avaritiae vero medicamentum, est largitatis dispensatio in vniuersos per benevolentiam & benignitatē. Medicinam autem facit falso testi, humiliter confiteri ei, in quem falsa concessit verba, & ab eo indulgentiam supplicare. Blasphemias quoquè malum, medicamento sanatur per humilitatem subiectionis, & per lingua ab omni inutili locutione refrænationem, atq; per orationis instantiam. Contraria enim vitia, contrarijs virtutibus curātur. Nec satis est corpus affligere, si animæ à malitia & nequitia non curantur. Principes ergò & doctores ecclesie Christi, animas fidelium ad poenitentiam post culpas prouocent, & eas spirituali pafu doctriñæ, ac sacri corporis & sanguinis participatione solidas reddant. Nolentes vero excommunicent, nē reatum damnationis de negligētis sustineant, ylmum pro vite, & alium pro oliua plantantes, dum plū terrenum & infructuosum laborem diligunt, quam charitatem, quæ omnium radix est & culmus esse dinoscitur bonorum operum.

Contra doctores iratus est Dominus, eō quod diuinos libros negligentes, curas huius mundi cum omni dilectione gerunt. Si enim legentes prophetarum dicta intelligenter, contingere, quod nec is, qui à mortuis resurrexit, plus timoris atq; compunctionis, quam illa, audientibus inferre posset. Sed nemo est qui prohibeat, aut qui propellat. Rex enim & sacerdos, unusquisque secundum quod rectum sibi videtur, hoc facit. Causa verò & radix omnium malorum, est superbia. Populus enim contra regentem erigitur, clericus contra sacerdotem, monachus contra abbatem, filius contra parentes, iuuenes omnium contra seniores superbiendo dissentunt. Sed sicut unusquisque eorum subiectus, præcausa.

Kk dinatè

Bona sua  
qui vitijs  
corrupunt.

Gen. 4

Vitia con-  
trarijs cu-  
randa virs  
tutibus.

dinatē peruerendo destruit. Conuersus quoquè ad beatum Fursem præfatus sacerdos Boëanus, qui hæc diligenter perorabat, ait: Vitam tuam, creaturis Dei vtendo, serua: omne quod malum est, abnegando respue. Esto sicut fidelis dispensator, nihil tibi præter victimum & vestitum vendicans, sisque in offerendo lucro, sicut in augendo, temperatus. Qui enim sic libenter donat, sicut donatum suscipit, os mutorum aperire poterit, nihil mendicans, nulli negans. Deo odibile est, aliena petere, & propria retinere. Pauperibus enim & vincitibus conuenit petere: habentibus autem, egenis dispensare. Eleemosynę verò, nullo rogante, dispensandę sunt pauperibus. Bona quoquè in omnes homines operanda sunt, maximè in domesticos fidei. Iniquorum verò dona in pauperes & omni solatio destitutis impertienda sunt. Nulla ergò discordia in ecclesia Dei sit, sed qui in plebe sunt, apostolico ordini & doctrinæ sancte insistat. Qui verò in monasterijs degunt, cum silentio operantes, suum panem mandacent. Sunt verò nonnulli, qui à doctrinæ officio se excusant, & propter curas seculi in publicum profiliunt. Bonum igitur quod agunt, in occulto ponentes, lucem boni exempli proximis abscondunt: seculi verò causas seu contentiones in publico agentes, mortiferæ cupiditatis venenum publicè eorum cordibus infundunt. Te ergò ipsum nec semper remotum, nec semper publico decernas: sed quando te remotum esse volueris, omni custodia te ipsum serua, omnia diuina obseruando præcepta. Et quando in publicum processeris, ad animarum salutem, non ad huius mundi inhianda lucra, animum intentum adhibeto. Sed & si quis tibi prima hora diei dona contulerit, & ante vesperum poenituerit, sicut libens suscepisti, ità hilaris ei restitue. Nullam quoquè patrimonio custodiā, nullam curis huius seculi intenti cordis diligentiam adhibeas: sed omnibus aduersantibus vel contrarijs, puri pectoris indulgentia, bona pro malis repandas, pro inimicis summum supplicia Deum. Qui enim cordis lenitatem contrarijs & sibi resistentibus illesam seruauerit, omnium ferarum & bestiarum ferocitatem in mansuetudinem conuertit. Nullum enim boni operis sacrificium sic Deo acceptabile est & probatum, quam patientissimi cordis contra omnes iniurias lenitatis mansuetudo, pro qua omnia aduersa ac damna, quasi lucra & prospera, spe futurę remunerationis latus, Domino iuuante, suscipit.

Duo enim humanę animę inimici esse probabant, diabolus & mundus: & vnuquisque eorum vicissim alterius dilectionem in sinuat, vt per hoc, quod anima mundi huius illecebris substernitur, ab aduersario vincita & possessa teneatur. Vade ergò, terra huius Hyberniæ principibus verbum Dei annuciāns, vt relicta iniquitate, per poenitentiam ad salutem perueniant animarum. Tum deinde excellentioribus sanctæ ecclesiæ sacerdotibus hæc ipsa annuncia, quod omnipotens Deus zelotes est, si plures amant seculum, quam ipsum. Negligentes enim animarum utilitates, lucris huius seculi deseruunt, & ad mortem seram prædicant poenitentiam: & tunc eorum dona suscipientes, ignem de illorum tormentis perferunt.

His dictis, supernum illud angelorum celo receptum est agmen, beatoque Fursem cum tribus angelis soſis ad terram reuersuro, maximus appropinquabat ignis. Sed angelus Domini, sicut antè, medium diuidens findebat ignem, virumque unum ex igne pro-silientem vidit, dæmonibus illum projcientibus: qui veniens super humerum eius, maxillam maxillæ eius impressit. Cognoscebat autem virum, quia ei vestimentum proprium moriens perdonauit, humerumque eius ac maxillam incendens, ab angelo sancto in ignem, vnde exiit, projectus est. Angelo autem, qui à sinistris volabat, inter beatum virum & ignem stante, dexter illum virum angelus in flammas proiecit. Tunc diabolus antiquas repetens fallacias, dixit: Nolite repellere, quem antè suscepit: & si ut eius bona suscepit, sic de penitentia eius particeps esse debet. Angelus Domini respondit: Non propter auaritiam, sed propter animam eius liberandam suscepit. Cessauitq; ignis. Tunc dixit angelus Domini: Quod incendiisti, hoc arsit in te. Si enim huius viri, in peccatis suis mortui, vestimenta non suscepisses, nec penitentia illius in corpore tuo arderent.

**Poenitentia agenda.** Prædica ergò omnibus, quod poenitentia agenda est, & à sacerdote suscipienda, in extremam horam: sed tamen nisi poenituerit, nihil substantia eius suscipiendum, nec corpus eius in sancto sepeliendum est loco. Vtio tamen prædicetur acrius, quatenus cor illius amaritudo compunctionis tangat, tangensque purget, omnibusque pristinis renuncians iniquitatibus, eleemosynas vbertim pauperibus distribuat. Nihil tamen exinde

SILENTIUM

exinde a sacerdote ei praedicante suscipiatur, sed iuxta sepulcrum eius bona illius pauperibus diuidantur, ne in aliquo iniquitatis illius particeps sit. His atque alijs sanctae exhortationis sermonibus instructus, super rectum ecclesiae inter sanctos constitutis angelos, suumque corpus considerans, nec parieres domus, nec turbam lugentium, nec ipsa corporis indumenta videre potuit: iubeturque ab angelo proprium cognoscere & consumere corpus.

Tunc ille quasi ignotum cadaver timens, noluit illuc appropinquare. Cui respondit angelus: Noli timere hoc suscipere corpus, quod sine vila repugnacione infirmitatis vel vitiorum expugnantium, quanvis in ualidum, sanum tamen habere poteris. Concupiscentias enim illicitas in hac tribulatione superasti, ut vetera contra te non praevalent. Tunc videt pectus illius corporis aperiri. Reducitur anima Fur- sei ad cor- pus ruini, aqua fontis superfundatur, & nullum dolorem, nisi tantum concrematio- nis, sentire poteris: Benefacientemque te omnem gressum tuum usque in finem vide- bimus, & sic te latum beneque operantem suscipiemus. Exurgens autem vir sanctus qui ex profunda mortis quiete, conspiciensque parentum multitudinem vel vicino- runt, sive etiam clericorum, ingemiscensque magnitudinem humanae stultitiae, ardu-  
umque & difficilem transitum admirans, magnitudinem quoque remunerationis perue-  
nientibus ad beatas sedes, singulis per ordinem annunciat: cumque viua superfusus  
esset aqua, incendium inter scapulas illius, quod de iniquo sumpsit viro, & in facie eius  
apparuit, mirumque in modum quod anima sola sustinuit, in carne demonstrabatur. Eges-  
sus inde, verbum Dei praedicabat, & ea, quae viderat vel audiuerat, omnibus populis Sco-  
torum annunciat.

Erat vero in illo incomparabilis gratia, nihil terrenum usquam petente, omnipotens. Incompara-  
bilis in Fure-  
tique Deo se tribuente: Praelatis & subditis, & equalibus & minoribus, magnatibus & re-  
gibus timendo: humilibus & contemptoribus seculi imitando, omnibus bonis amabili-  
bus, inquis & peccatoribus terribili, diuinisque virtutibus claro. Ex obsecris corporibus  
demonia fugabat, & pauperes recreabat. Dumque viuis anni spatio Hiberniae insulae  
populos per doctrinam circumire studuisset, instabat dies anniversarius, quo vi-  
siōnem à corpore sublatus viderat, memorans semper viuis diei iter sibi fuisse iniun-  
ctum. Multis denique sapientibus ac religiosis eum comitantibus viris, eadem nocte  
molestia corporali correptus est, in soloque tantum pectusculo vita palpitare, vidiit an-  
gelum Domini ea, quae ad opus prædicationis sunt congrua, sibi annunciantem, & vni-  
us diei iter exponētem, ac duodecim annos in opere prædicationis completerum præ-  
dicentem: quod & ita factum est. Completis vero annis decem, omnibus sine persona-  
rum acceptione verbum Domini annuncians, & irruentium populorum multitudi-  
nes non ferens, aliquantorum etiam animos inuidia stimulante contra se commotos  
esse depræhendens, relictis omnibus, que habere videbatur, paucis cum fratribus ad in-  
sulam quādam parvulam in mare profectus est, atque exinde non multum post de Hy- Hanc Saxo  
niam, vocat  
Angelum  
Beda pro-  
videt.  
bernia peregrina litora petens, per Britanniā in Saxoniā transuersus est: ubi honorifici-  
catus a Sigeberto rege & suscepitus, verbo Domini Barbarorum mitigabat cor.

Compleatis vero duodecim annis, quos angelus prædixerat sanctus, quadam infirmi- Orientalium  
Anglorum.  
tate correptus, angelica fruitur visione: ubi etiam de prædicationis instantia admoni-  
tus, nullum viuendi finem audiuimus: tertiumque diem peregit tacendo, euangelicum pre-  
ceptum admonens: Vigilate, & orate: quia nescitis diem neque horam. Quod vir Deo Matth. 25:  
plenus intelligens, locum monasterij a prædicto rege sibi traditum acceleravit con-  
struere. Quod monasterium in quodam castro constructum, syluarum & maris vicinita-  
team cœsum, rex gentis illius Anna, ac nobiles quiq; tecis & munieribus adornarunt. Anna, rex  
Orientalium  
Anglorum.  
His ritè gestis, vir sanctus ab omni seculi, atque ipsius monasterij cura alienare se cupi-  
ens, cum sapientibus fratribus hoc tractauit. Habuit enim secum reverentissimos &  
spirituales viros, qui exemplo tanti viri, & in monasterij probatione, & in diuersis labo-  
ribus vita, ad humilitatis & charitatis gratiam profecerant, inter quos etiam germanos  
proprios habuit, Foillanum, sanctum admodum virum, cui etiam sancti monasterij &  
animarum dereliquit curam: alterū vero Vltanum, diuturna monasterij probatione ad  
eremitalem vitam instruūtum, multis iam annis ab eodem electam: qui derelictis omni-  
bus curis & rebus, nudus ad fratrem suum, qui iam theorica pascebatur vita, solus  
profecetus est. Labori hi duo quotidiano & orationibus continua uis deservientes, annum

integrum ibidem philosophabantur. Tunc quibusdam causis ingruentibus, à populo & rege altioris ingenij ad consilium vocatus, immō etiam compulsus, desideratum sibi cremi dereliquit locum, omniaque animo perugili tractans, ac turbatam esse prouinciam gentilium incursione prospiciens, nec ibi diuturnum monasteriale ordinem perpenfans, ad Galliarum litora dimissus, ordinatis omnibus, causa visenda

Furcēs in  
Gallij con-  
dit mona-  
sterium.

Obitus S.  
Furci.

Corpus eius  
post 4. an-  
nos adhuc  
incorruptū.

Romam nauigauit: ibique à Francorum rege Clodoueo & Patritio Erchenaldo honorifice suscepimus, monasterium in loco, quem nuncupant Latiniacum, construxit. At non multò pōst fratribus ordinatis, cum rege & Patritio iter agens, infirmitate corripitur. Ibique illo diū iacente, & virorum nobilium, vel ipsius reuerentissimi regis visitatione frequentato, ab ore illius sermonis gratiam & condimentum vitæ assument, aeternæ. Et sic praesentia relinquens, ad aeterna migravit regna. Corpus vero illius ab illustri viro Erchenaldo Patritio retentum causa ecclesie, quam sibi magno opere construxerat, in villa, cui Perona vocabulum est, ponitur. Et quia ipsius ecclesie dedicatio intra triginta parabaturdies, in quodam loco in porticum interī corpus sanctum summa cum diligentia custoditur, ac post tot dies ita illsum inuenitur, ac si eadem hora de hac luce fuisset egressus. Reuerenter ergo iuxta morem in prope altare reconditur, ibique annis ferè quatuor demoratur. Constructa verò ad orientalem partem altaris domuncula, ibi post tot annos immaculatum corpus à reuerendissimis subiectum episcopis Eligio & Autberto, transfertur sine vlla putredine. Vbi etiam recta fide potentibus, merita illius clarescant diuinis virtutibus, adiuuante Domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat Deus in seculorum, Amen.

### PASSIO BEATORVM MARTYRVM, BERARDI, PETRI, ACCURSI, ADIVTI ET OTTONIS, discipulorum beatissimi patris Francisci.

16. JANVAR.

S. Franciscus  
profici-  
tur ad Sul-  
thanum.

Venient in  
Lusitani.  
am.



Anctorum martyrum Berardi, Petri, Accursij, Adiuti & Ottonis festiva gaudia nobis, fratres charissimi, celebrantibus, ipsorum quoquè ordinem martyrij breuis sermo perstringat: vt quò illi per lucis vitæque contemptum, terrena quæque calcauerunt, eò mens nostra ad sublimiorem virtutum palmam se erigat. Beatus nanque Franciscus, Minorum pater & fundator inclytus, cùm diuina cereret reuelatione se & suos pro aliorn salute vocatos, etiam impia Mahometricæ legis obseruatores pro posse deducere ad lucem fidei cupiebat. Vndē anno à sua conuersione vndecimo multis cum periculis iter aggressus, vt Sul-

thani adiret praesentiam, ad Miramolini regnum praesentes destinauit sanctos, vt ipse Orientis, illi Occidentis populis Mahometricis salubre Christi predicantes euangelium, quasi totum ad Christum conuerterent mundum. Hos autem potissimum pater beatus diuinitus reuelatos elegit, in quibus diuina virtus, rerum gestarum gloria, & splendidissimis actionibus illustrata clarebat. Quibus vt itineris laborem cum obediencia merito susciperent, fratrem Vitalem, virum vtique omni sanctitate & discretione precipuum, in prælatum præfecit.

At illi omnem spem & cogitationem in Dominum iacentes, & beati Patris pijs sermonibus & orationibus confortati, iter aggressi, tandem in Aragoniam peruererunt. Vbi pater eorum Vitalis, diutini languoris morbo præuentus, diuina putans voluntate suum iter impediri, cateros abire permisit. Haud multo post interieit tempore, Colimbriam Portugaliae regni urbem deuenientes, ad reginam Oracham nomine se contulerunt. Apud quam per aliquot dies commorati, ipsius precibus deuotissimis vici, vt ipsius vitæ terminum demostaret, suppliciter Dominum rogauerunt. Factumque est, vt primò martyrij sui ordinem, & deferendas suas Colimbriam reliquias, ac ab ea honorifice suscipiendas, & post vitæ ipsius exitum reuelarent: quod & rei demonstrauit eventus. Siquidem post eorum sacra ossa, ab eadē regina in monasterio sanctæ Crucis de Colimbría condita, paucis enolutis diebus, matutinali hora iuxta sanctorum va-

tici.